

18 Januarij. 1566.

In mei & presentia, personaliter constituti R^{di} Domini Jacobus
Tymmerman et Sampson à Morem Canonicus Warmien Nuncij,
et ad Ill^m ac R^{re} D. N. Om^m Stanislaus Hosium S. R. E. Cardi-
nalem, Episcopum Warmien, à V. Capitulo Warmien specialiter al-
legati, presentibus ibidem ac etiam personaliter constitutis R^{di} Om^m
Martino Romero Cantore, et Valentino Cobboriski Canonicis Warmien
et Cracoviensis ad quos prefati Om^m nuncij per organum ipsius D.
Sampsonis, qui et manibus suis habuit ac tenuit certum sacculum
pecuniarum, hæc vel in effectu similia verba fecerunt: R^{di} Domini
nos Una^{ts} Capituli Warmien nuncij et certis de causis ad Ill^mum
et R^m D. N. hic allegati, quandoquidem V. Capit^m perspectum
habet R^{as} D. v. esse excellentes personas, quarum opera, studiū,
fides et diligentia magno usui atq; ornamento et fuit haec tenus, et
esse poterit Ecclesiae infinitum, habemus in mandatis ab eodem
V. Capitulo, ut certam pecuniarum summam hocce sacculo inclusam
dono et loco honorarij eidem R^{di} D. v. representemus. Quare
id ipsum nunc facimus, potentes obire, velint hoc quicquid offertur
nomine V. Capituli, loco honorarij grato animo accipere, bonis con-
sulere. Extine R^{di} D. Martinus Romero Cantor, et Valentinus
Cobboriski Canonicus prefati supradictum sacculum cum pecunijs ad
manus suas receperunt, atq; per organum ipsius Om^m Cantoris in
hæc vel in effectu similia verba responderunt: R^{di} Om^m nos gra-
tiam habemus pro isthac V. Capituli fraterna erga nos benevolen-
tia, gratoq; animo accipimus loco honorarij quicquid à V. Capitulo
nobis offertur. Promittimus autem nostram operam et diligentia
quibuscum in rebus usui esse poterit Ecclesia et V. Capitulo non
desuntur. Super quibus & Acta fuerunt hæc in arce
Heilsbergi Warmien diocesis, et in stuba habitacionis ipsius R^{di}
Om^m Cantoris prefati subter et prope cubiculum prefati Ill^m Om^m
Cardinalis Warmien existente. Primitibus ibi Nobilibus Om^m
Michaële Zarbski, & Ioanne Wyelitzki familiaribus ipsius Domini
Cantoris, testibus &